

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Monachus ah  
cum fonte primo

Si monachus es, quid facis in turba?  
Si amas silentium, cur declamantibus  
assidue interesse delectas? Tu semper  
ieiuniis et fletibus insistere debes,  
et tu philosophari queris? Simplicitas  
monachi philosophia eius est. Sed  
docere, inquit, alios uolo. Non est  
tuum docere sed plangere. Si tamen  
doctor esse desideras, audi quid facias.  
Vilitas habitus tui et simplicitas uultus,  
innocencia uite et sanctitas  
conuersationis tue docere debent  
homines.

Hugo de claustro anime libro V.

si monachus es, quid facis in turba?  
si amas silentium, cur declamantibus  
assidue interesse delectat? tu semper  
ieiuniis et fletibus insistere debes,  
et tu philosophari quaeris? simplicitas  
monachi philosophia eius est: 'sed  
docere,' inquis, 'alios uolo.' non est  
tuum docere, sed plangere. si tamen  
doctor esse desideras, audi quid facias.  
vilitas habitus tui et simplicitas uultus,  
innocentia vitae et sanctitas  
conuersationis tuae docere debent  
homines.

Hugo de sancto Victore, *Didascalicon de studio legendi*, 5, 8 (C.H. Buttimer ed., pp.108-9, ll.24-28, 1-3).